



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LX. Oportet Magis Obedire Deo temperantiam præcipienti, quam
hominibus intemperantiam vrgentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

à potentiore discede, ex hoc enim te magis aduocabit. Nimia familiaritas qua notantur vitia despiciatū parit, & talis habetur ollæ amicus, menfarum afflecla, cuticulæ & abdominis curator.

CAP. LX.

O P O R T E T M A G I S O B E D I R E D E O
temperantiam præcipienti, quam homi-
nibus intemperantiam vr-
gentibus.

§. **Q**Uod si aliqua importunitate, vel artificio, mali timiditate, vel boni specula eiusmodi in Symposium inducti fuerint, in diuini Numinis metu & temperantia animum offirment, neque tam vini sollicitatorum offensam pertimescant, quam admirationem & gratiam præstolentur. Documentum, hoc est præcipui Ecclesiæ Doctoris S. August. serm. 232. de Temp. Solent ebriosi ita se excusare, vt dicant: Persona potens me coegit, vt amplius bibam, & in conuiuio Regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus: & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra & non posse prætenditur. Etiam si ad hoc veniretur, vt tibi diceretur: Aut bibas, aut morieris, melius erat, vt caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falso obiicitur. Ipsi enim Reges, & quicunq; alii sunt potentes, quia Deo propitio & Christi sunt & prudentes sunt & sobrii, & toto corde Deum timentes, si te viderent desinisse, vt eis non acquiescas inebriari pro timore Dei, si tibi sub mora videantur irasci, postea vero te in grandi admiratione suscipiunt dicentes: Quantum cum illo egimus, quantis illum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare potuimus. Nam & Deus qui te videt per eius amorem inebriari non velle, ipse etiam

H h 3 tibi

Satius à cogente ad nimiam potationē sobriam caro, quam ebrietate anima occiditur.

tibi gratiam illorum dabit, qui te ut amplius biberes videban-
tur hortari & cogere. Nemo dicat fratres carissimi, quod in
istis temporibus Martyres non sint, quotidie Martyres sunt.
*Martyriū & veritatis te
simoniū ac
iustitia in-
briari nolle.* Martyr enim testis interpretatur. Quicumq; ergo pro veritate
testimonium dederit, & omnes causas cum iustitia iudicauerit,
quicquid pro testimonio veritatis vel iustitie pertulerit, totum
ei Dominus pro martyrio computabit. Ac sic & ille qui ebrietati
resistit, si cum Dei adiutorio perseverare voluerit, & pro ipsa il-
le aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad
martyrii gloriam reputabit.

CAP. LXI.

LIVOR ECCLESIASTICORVM
corruptor.

*Existiales
invidia fru-
stris.*

§. Invidiam interitum vite, pestem naturae, aduersam om-
nibus bonis ex Deo venientibus, ipsi Deo contrariam, into-
lerabile malum, serpentis praeceptum, Diaboli inuentum, mi-
nicipationem, punitionis arrhabonem, pietatis impedimen-
tum, viam ad gehennam, regni caelorum priuationem, ut lo-
quitur S. Basil. homil. 11. de hoc ipso scelere differens,

*Invidia sapē
à Clerico nō
abest.*

canē pejus oderint & angue Clerici. Hoc siquidem
mortiferum virus non raro in Clericos eructat, euo-
mitque malevolentissimus dæmon. 1. Nam & Co-
ritæ Leuitici Ordinis Aaroni & ipsius familiae sum-
mum inuidere Sacerdotium & idcirco terra dehiscen-
te ad inferos delapsi. Num. 16.

*Apostolorum
emulatio ca-
lignia.*

§. Eadem inuidiola in Apostolicum chorum irre-
pere conata est, & quidem sapius. Matth. 18. versic. 1.
& seq. de quo loco S. Cyprian. libr. de zelo & liuore.
Idcirco fratres dilectissimi, inquit, huic periculo consulens Do-
minus, ne quis zelo fratris in laqueum mortis incurreret: cum
eum discipuli interrogarent Luc. 9. v. 46. & seq. quis inter illos
maior esset. Qui fuerit, inquit, minimus in omnibus vobis, hic
erit